

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Verecundia t
cum fonte primo

Artifices scenici

hoc indicio imitantur uerecundiam.
Deiciunt uultum, uerba
submitunt, figunt in terram oculos et
deprimunt. Ruborem sibi exprimere non
possunt, nec prohibetur hic, nec
adducitur. Nil aduersus hunc sapientia

proficit; sui iuris est, iniussus uenit,
iniussus discedit.

Seneca ibidem (XI. epistola).

Artifices scaenici,

qui imitantur adfectus, qui metum et
trepidationem exprimunt, qui tristitiam
repraesentant,

hoc indicio imitantur verecundiam.

Deiciunt enim uultum, uerba
submitunt, figunt in terram oculos et
deprimunt: ruborem sibi exprimere non
possunt; nec prohibetur hic nec
adducitur. Nihil aduersus haec sapientia
promittit, nihil

proficit: sui iuris sunt, iniussa ueniunt,
iniussa discedunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium*
epistulae morales, 11, 7 (L. Reynolds
ed., vol.1, p.25, ll.7-14).